NOBILIS PHARMACOPOLA:

HISTORIA

Si non vera, jucunda tamen,

Nunc demum

LATINITATE DONATA:

Cum nonnullis

EPISTOLIS.

Quis reprehendet Otium noſtrum, qui in eo non modò noſmetipſos hebeſcere, & languere nolumus; ſed etiam, ut plurimis proſimus enitimur? Cic. 4. Qu. Acad. 13.

LONDINI:
Ex Officina *M. C.* Proſtant apud Bibliopolas. CIↃ IↃ CXCIII.

D

BODLEIAN
8·4·1909
LIBRARY

NOBILIS PHARMACOPOLA.

MUlierum nobilium & formoſarum Methodus, quatenus ad *Venæ inciſionem Clyſterúmque infuſionem*, proculdubiò admodum ſalutaris eſt, tum ad *integram Valetudinem ſuſtentandam*, tum ad *formam adjuvandam*, ſed maximè omnium *Clyſteres*; quibus frequenter *Araminta* utebatur; non quòd plus ſolito cuti nitorem inducere potuiſſent, ſed potius ut Pulchritudinem vegetam moventemque ſoſpitarent, quam nec creare nec augere penes ſe poteſtas erat.

Fortè evenit, cùm juſſiſſet Tempeſtivum hoc Alexipharmacon curari, & ab Ancilla certior facta fuiſſet, omnia prout imperaverat parata eſſe, ut ſuper Lectum recumbens, corpus ad imbibendam medicinam componeret, mirâque ac ſingulari patientiâ auxiliare munus expectaret. Mirâ Patientiâ, dico; *abdita* enim *vis iræ celeriùs maciem & aniles rugas inducit*; atque *omnes inſignioris forma Fœmina ſeſe quaſi Jurejurando obſtrinxerunt Formis & Faciebus, quibus plurimùm ſperant, potiſſimum inſervire.*

Heræ jam Corpore compoſito, prout dixi, atque, ut mos eſt, ita accommodato, uti quicquid in Cubiculo ageretur ipſa obſervare non potuit, ancilla ſe in pedes conjicit (aperto oſtio relicto) ad afferendam mappam. Eóque temporis

poris articulo, dum linteum perquiritur, paſſu tacito *Timantus* (Dominæ admodum familiaris) aſcendit ſcalas, ſpectanſque aditum cuique patuiſſe, clàm Cubiculum ingreditur.

Quod primùm viſu deprehendit par erat formoſiſſimarum Clunium; quibus viſis, pauliſper ſecum dubitabat, partim præ reverentia, partim etiam præ ſtupore. Sed paulatim ad ſe rediens; & toto lumine circumcirca luſtrans, ſiquis adfuiſſet, in Inſtrumentum quoddam flectit oculos, ſupra Cathedram, propè Spondam ab Ancilla poſitum. Id innocenter admodum Vir bonus attollit, oneratúmque inveniens, nec ſeipſum procul à Scopo, *Pharmacopolâ* deficiente, in animo ſtatuit executionem illius negotii *ſibi* ſuſcipere, & confecit;

tantáque dexteritate, ut nulli *Parisiensi Artifici* secundus esse videretur.

Extemplò, consummato ópere, clam se subduxit *Timantus*, tam clanculùm quam irrepserat, omnibúsque sui adventus insciis. Interea *Araminta* intra Velaria se contraxit, stragulóque co-operta, ne malè se haberet, componit membra Quieti.

Nec tam citò *Timantus* domo egressus erat, quin omni festinatione descenderet Ancilla, mille, dum properat, parans excusationes, ne Hera stomacharetur, quæ tam diu reditum suum expectaverat.

O factum benè, inquit, de istoc gaudeo, Domina, utcunque evenit, te tam meritò, teipsam fovendo, valetudini indulgere. Sed nunc citò, si placet, adsum

adſum tibi. Et mehercule Clyſter, priuſquam aſcenderat Ancilla, aliquantulum calidior erat.

Quid (exclamabat *Araminta*) ſibi vult hæc Inepta, vin' quidem ut repetam? & duos unà vice admittam?

Duos! Hera, veniam oro (inquit Ancilla) nihil tale prorſus adhuc habuiſti.

Apageſis, tu nimiùm laſcivis (ait *Araminta*) & ſinas ut hunc *ejiciam*, priuſquam alterum *injicias*. Nonne tute ipſa jam nunc unum mihi adhibuiſti?

Non equidem, Domina, ita me Dii ament, (dixit Puella) nam toto hoc tempore ipſa abfui, ut in Solario Mappam exquirerem. Nunc verò, Hera mea, tibi-ipſi te Pharmacopolam fuiſſe intelligo: Veſicam namque exenteratam eſſe cerno.

Ecastor non feci ego, dixit *Araminta*; sed nil certius est, quin Clysterem in Intestinis teneam, & quæcunque immisit Adjutrix erat egregia.

Ancilla iterum ac sæpiùs dejerabat, quòd ad se attineret, quo pacto, id fieri potuisset se prorsus nescire.

Hinc avidè & invicem sese spectabant, tantáque consternatione mirandâ quanta potuit maxima, vocibúsque deficientibus, huc atque illuc intuentes, cogitationum anxietates indicabant. Denique seipsas recolentes, Cubiculum diligenter rimabantur, ut hanc invisibilem Adjutricem investigarent; sed nusquam apparebat. Ex quo, unanimes Dæmonem esse proculdubiò censebant, atque uno eodémque suffragio Domum Umbris inquietatam esse ejulabant. Hæc

Hæc Quiritatio confestim totam Vicinitatem ad Cubiculum *Araminta* contulerat, ut ex ipsis quid rei erat rescisceret. Ancilla dicebat, eas à Larvis agitari, & perterreri. *Jesu Maria!* (vociferabatur grex, seipsas Crucis signaculo munientes) sed *quid fecerunt? quid fecerunt?* Ad hæc nihil aliud ab iis expiscari poterant, præterquam Dæmonem Artem Pharmacopolæ exercuisse.

Hoc ipso tempore Clyster *Araminta* alvum vehementer moverat, turbáque sibi, ultra quàm oportebat, molesta erat. Tormina tamen ventrisque Murmurationes compescuit, donec vix potuit: tum verò, urgente dolore gravi, petit ut liberam se relinquere vellent. Quamprimùm Turba locum expediverat, *Araminta* Clysterem Dæmoni rursus redde-

reddebat, & bene se habere sentiebat.

Casus hic fortuitus & pavore plenus erat, sed non ita formidabilis, ut Heroinæ tantum derepentè metûs incuteret, quominùs illi Pulchritudo sua usitataq; Delectatio curæ essent; nec Dæmon ipse potuit *Aramintam* impedire, quin more solito seipsam ornaret, atque eâdem Vesperâ in publicum prodiret.

Dum hæc agitantur, *Timantus*, visitandi gratiâ, ad insignis cujusdam Heroinæ Domum, ab *Aramintæ* Cubiculo rectâ contendebat viâ. Interea tam fortuiti casus imaginatio ante ejus oculos continuò obversabatur, & quoties in mentem venerat, omninò temperare non potuit, quin risum tolleret Societati injucundum, dum unusquisque se contemptui habi-

tum

tum censeret. Tum verò, ut seipsum ab omni culpa liberaret, necessitate quâdam coactus est indicare quid rei erat quæ tam hilarem illum fecerat, ne diutiùs eum malè moratum autridiculum crederent.

Dum Ausum enarraret suum, certiores illos fecit, quo pacto, favente Deâ Fortunâ, cuidam formosissimæ totius *Galliæ* Fœminæ officium *Pharmacopolæ* præstiterat; & deinde speciatim illis dicebat omnia, celato tantùm *Ægrotantis* nomine. Historia tam jucunda totius Societatis risum concitavit haud repentè moderandum. Atque, ut breviter dicam, inter Facetias & Lepores, rarò unquam ullum Pomeridianum tempus festiviùs consummatum erat. *Pro certo, nomen illi tale est*, dicebat, inter cæteras, una; *vel tale*, augurabatur alia; ac inter reliquas,

quas, nominis *Aramintæ* haud immemores fuere. Quod eò magis crediderunt, tum quia non clam illas erat ſua Medicinæ Praxis, tum quia *Timantus* ipſius Domum ſæpiſſimè frequentabat.

Aramintæ, uti ſatis conſtabat, ingenium erat averſatum cum *Larvis* habere commercium. Ideóque cùm penitus in animum induxiſſet Cubiculum Lemuribus exagitatum eſſe, maturavit ſe ornare & foras procedere. Et ſic exiit ad viſendam *Cephiſam*, Domus illius Dominam, ubi tunc *Timantus* interfuit, atque etiam ubi adhuc (ut dixi) res in quæſtione verſabatur. Ejus ad adventum in Conclave animadverterunt aſtantes *Timantum* ſubridentem & erubeſcentm; quod Societatem conjecturis corroboravit *Aramintam* celatam illam

lam fuisse personam. A *Cephisa* blandis & benignis verbis perhumanè excipitur; cúmque à Genere & Dignitate Jus peculiare sibi vendicaret ad libitum loquendi, (postquam non minus de Vestitu, quam de *Araminta* Pulchritudine, varias sermonum facetias protulerat.) Capitis periculum adibo, Domina, (inquit *Cephisa*, satis subdole) hodie te Medicinæ indulsisse, nam tale quiddam divinare mihi videtur Crasis vestra. *Araminta*, ut potuit, rubore rem celavit: ruborem verò illum *Timantus* simili Tinctura prodidit, atque etiam subrisione quâdam, cui neque temperare potuit; quanquam ut stremuè istam comprimeret, dentes labellis illiserat; ita ut coactus esset ad fenestram se divertere, præ metu ne *Araminta* animadverteret, causámque

sámque imaginaretur. Omnes hæ circumstantiæ, seriò pensatæ, magis magisque Societatem confirmavere; cumque Sermones in multam Noctem produxissent, appositúmque jam tempus fuisset receptui canendi, unaquæque suum iter instituebat, confidenter nunc securæ, tam *Personam, quæ medicinam administrat*, quàm *Pharmacopolam*, notos illis fuisse.

Haud ita longo post tempore, constante famâ, atq; omnium ore celebratum fuit, quod Dæmon *Araminta* Clysterem administraverat, ídque ex sua Ancilla ortum, quæ primò cuidam familiari suæ, usitato fœminarum more, clanculùm indicaverat; exinde viritim percrebuit, donec ad *Aramintam* ipsam demum permanaverat: tamque satis certè inter omnes constitit, ut in publicum

cum prodire non potuerit, quin digitis vulgi per plateas monſtraretur. Attamen hic Rumor haud diu inveteravit, antequam *Timantus* Dæmonis vicem in Fabula ſupplevit, cùm illa, utpotè quæ veriſimilior eſſet Relatio, & quæ veritati magis appropinquaret, magis omnibus placeret.

Timantus hoc tempore quo ſe verteret neſciebat. Nam ſi (uti ſolitus) viſitando abſtineret, facilè pro conceſſo ſumptum fore prævidebat, omnes Rumori iſti fidem adhibituros: ſic, è contrà, ſi proficiſceretur, idque ei objiceretur, quomodo rem evadere potuit, neſcius erat, niſi negatione Criminis, inficiationéque Facti. In qua re timor illi erat, ne quod promulgaverat teſtimonium adverſus eum perhiberet. His Cogitationibus exagitatus, decrevit eundum

eundum esse; at verò ubi primùm atrii limen tetigerat, tam mirificè metu captus erat, ne *Araminta* in offensâ esset; animóq; tam dubio, támque ad stuporem usque cordis palpitatione discruciatus, ut omninò suspicaretur se suæ gratiæ multò cupidiorem esse, illámque longè violentius amare quam præviderat. Quod ipsum tanto magis solicitabat, quia sibi pro certo constabat, illam jam inter Procos habuisse *Lysandrum*, qui tum Ruri erat.

Inter has mentis perturbationes Cubiculum ascendit *Arminta*, quam offendebat mille leporibus & venustatibus affluentem, quas pene nunquam priùs animadverterat. Nam si credat aliquis quòd Mulierem amet, aut amare debeat, hoc satis est, si

non

non voti compos fuerit, hominem redigere ad tantam desperationem, ita ut seipsum Fasciolis suis suspendere non dubitet. Superventio hæc inopinata paulisper ejus linguam cohibebat, spectabátque Mulierem tanquam attonitus; è contrario, *Araminta* etiam stabat tanquam stupida, hærebátque defixis in terram oculis, an majori utrorum confusione incertum est.

Timantus, ne aspectum quidem Dominæ sustinere potuit, neque *Araminta* sui *Pharmacopola*; ita ut circiter quartam horæ partem ambo obmutuerint; imo ne minimus quidem obtutus emicuit inter eos ad indicandum quid voluerint, si potuissent proloqui.

Tandem *Araminta* in hunc modum exorsa est, transversóque intuitu, *Timante*, (inquit illa) *Aliquid*

liquid credo esse injuria, quod molestè fero, à te acceptum. Atque — Tum verò reticuit.

Quod cùm obſervaviſſet *Timantus*, Domina, (inquit ille) exiſtimare nequeo quid quod ita ægrè à me in contumeliam accipias, qui (ita Dii me ament) nunquam aliquid in animo habui, quàm ut tibi inſerviam.

Attamen *aliqua ſunt Officia*, reſpondit illa, *quæ nollem à* Timanto *in me conferri; nec verò neceſſe eſt dicere cujuſmodi ſunt.*

Utinam ecquando tam fortunatus ille ipſe fuiſſem, Domina, (inquit *Timantus*) qui officia tibi grata præſtiteram, ut diſcriminarem inter ea quæ tibi perjucunda, atque ea quæ tibi infenſa ſunt.

Officia mihi probata (inquit *Araminta*) *minimè gentium iſtius generis*

generis ſunt quæ tute ipſe mihi præſtitiſti.

Ad hæc, juvenile decus pingere Malas cœpit; ſed *Timantus* perſequitur orationem, quaſi nihil quicquam tale fuiſſet. Proh dolor, Domina! inquit ille, *Officia quæ tibi præſtiti*! Fateor me, toto vitæ ſpatio, omnibus contendiſſe nervis veſtræ utilitati inſervire, ſed adhuc, neſcio quo infauſto omine, occaſionem ſemper amiſiſſe.

Ut illud faceres, inquit *Araminta, certò mihi conſtat, qualemcunque te anſam arripere velle, priuſquam occaſionem deſiderabis.*

Qui nunquam habuit occaſionem, inquit *Timantus,* neceſſe eſt ut eâ deſtituatur; neque ullam exoptarem, niſi commodi veſtri gratiâ. Et——

Tum *Araminta,* medium intercipiens

cipiens sermonem, *Possibile est*, inquit illa, *ut obveniente occasione, penes te sit officium mihi praestare, quod vix tibi referendum est acceptum; & fortasse tibi illud à te jamdudum revera perpetratum est.*

Si sic fuerit, Domina (inquit *Timantus*) quomodocunque clam me est.

Age, age, (inquit *Araminta*, attollens vocem) *satis praestigiarum; non me fugit quid perpetrasti, satisque feciſti ut qui sempiterno apud me odio sis.*

Si tibi inservivi, Domina, ut arbitraris, cur, inquit *Timantus*, me detestareris, aut molestè ferres, quia tibi operam locavi, nescio.

Veruntamen, inquit *Araminta*, *id aegrè patior, aegerrimè.*

Mentem nequeo ad cogitandum instituere (inquit ille) id à

à te ex animo dictum esse; nam si tibi usui fui, putarem me Præmiis potius ut à te donarer, quam Probris increparer, meruisse.

An verò tu solus ignoras, inquit *Araminta* (postquam paulisper sermonem intermiserat, sentiens se illum non potuisse inducere ut ad rem loqueretur) *quod aliqua sunt officia, quæ nunquam præstanda sunt, nisi veniâ prius impetratâ?*

Quod ad me attinet, ait ille, mea sic est ratio, Nobilissima illa esse servitia quæ clam absque jactatione perficiuntur. Veniæ impetratio plus nimis vanitatis & ostentationis redolet, rem in antecessum publicando; evenitq; sæpenumerò futile tantùm prætextum, cùm id quod conati fuimus, consequi nos posse desperemus.

Quod

Quod ſupereſt, inquit ille, plus ſemper generoſitatis habet, ut quilibet de ſeipſo reticeat, non modo dum ſervitium abſolvat, ſed ſi fieri potuerit, in æternum, inde ab illo tempore quo ſervitium abſolutum fuit. *Et tu*, inquit *Araminta*, *nihil feciſſes melius, quàm ſi iſtius ſervitia ſua reticentis gregis te præbuiſſes unum. Nam ſervitium quod nunc in litem venit, iſtius ordinis eſt, quod Reprehenſionem multo magis quàm præmium mereatur.*

Servitium quod tibi præſtiti, (repoſuit *Timantus*) proculdubiò novi & inauditi generis eſt, ſi tale fuerit quale eſt à te relatum; ſique id quicunque præſtitiſſet ſe commiſiſſe facinus neſcius ſit. Eſto tam facilis, quæſo, ut te exorem mihi ſuggerere vel aliquod indicium edere, quo rem intel-

intelligam ; tibíque confirmo ſimulac primùm reſciſcam, me non tam ſcrupuloſum fore ut inficier. Id dicendo prævideràt, ut quo ſe verteret ipſa neſciret ; & ſentiens ſe illam in Labyrinthum induxiſſe, At, Domina, inquit ille, ſervitium quod animadvertis, tam tibi penitus, ut mihi videtur, quàm mihi prorſus ignotum eſt ; & tute iſtius quod paſſa fueris, minùs rationem reddere potis es, quàm egomet ipſe illius, quodcunque fuit, quod ipſe præſtiti.

Age, Age, inquit *Araminta, noſmet ipſos intelligimus : & cùm ſervitium ita ſit ignominioſum, ut fixum tibi ſit illud abnuere, haud ita multum laborabo te certiorem facere. Quid multa, tale ſervitium fuit, quod apud omnes antiquæ Virtutis viros tibi Fama no-*

tam inurere valebit; cujusque, prout meruit, sempiternò memor ero. Sed satiùs esse credo nobis aliquid aliud confabulari.

Dum *Timantus* reponere studuit, ipsâ sermonem intercipiens, *An fuit inauditum tibi*, dixit, *facinus cujusdam Viri nobilis, qui nuperrimè non infimæ sortis Fœminam Clysterem immisit?*

Etiam, inquit *Timantus*, (non paulùm perplexus Interrogatione tam inopinatâ) audivi tantùm, at mihi quidem non herclè verisimile est.

Aberras à proposito, reposuit *Araminta*, *nam sive verum sive falsum sit, idem illud ipsum mihi videtur esse: attamen ad rogatum respondè, Si tu istius vice functus esses, quid consilii capere voluisses?*

Tum *Timantus*, quoniam illic non adfui, ad amussim exprime-

re

re non possum quid illicò transegissem, perindè ac si interfuissem; neque pulchrè calleo quale ingenium gerere mihi placuisset.

Age, inquit *Araminta, sed uti nunc inclinat mens, quid agendum putas, si quicquid tale jamjam accideret?*

Rem ipsam monstra mihi, Domina, reposuit ille, tibíque ostendam *quid* feciſſe vellem; nam in alias deducti sumus cogitationes, quando Species rerum objectarum *ante oculos versantur*; aliter judicamus, cùm *Imaginationes tantùm animis contemplemur.*

Si nescis quid egisse voluisses, dic sodes, inquit *Araminta, quid agendum ab altero putas?*

Id, aiebat ille, summam affert rei difficultatem; nam, Domina, si mihi non constitit

quid *ipse egomet* agerem, quo pacto me divinare credis quid alter à seipso peragendum voluisset?

Non te rogo (dixit formosissima *Aaraminta*, paulisper exardens) *quid tute ipse constituisses, aut quid alter (si Casus tam fortuitus acciderit) absolvere voluisset, sed quid à te, vel ab altero factum oportuerat?*

Domina mihi sic videtur, inquit ille, (ut quid sentiam non reticeam) venerationem formosæ hujus Mulieris Clunibus debitam Contumeliâ illum affeciſſe, si coram illis se tam superstitiosum gessisset, vel si receptui cecinisset præ metu ne Podex suppuderet, pro deridiculo videretur, effœminatúmq; tam præsentis Animi, quàm Urbanitatis defectum indicaverat. Nimiis non opus est Cæremoniis, Domina, dum occupati

cupati ſumus *circiter ea loca*, & utrique ſexui periiſſe mihi videretur ille, qui cum in tam notabilem inſperatámque obveniſſet occaſionem, oculos cohiberet. Non quin concedere potuiſſem Dominæ, quæ tam negligenter deprehenſa fuiſſet, perleviter commoveri & conturbari, nec illam pergraviter reprehendere in animo haberem, ſi virum, qui ſuæ ſaluti tam officiosè incubuiſſet, arrogantem vel belluinum appellàſſet. Attamen, Domina, ut apertè tibi fabuler, Fœmina, quæ ſatis rem ſuam intelligit, & ut ſunt Mundi mores ſapit, nunquam de re tam nullius momenti maximas Turbas daret; ſed ſponte ſua potius Jocationem agitaret, ne ab aliis fieret. Quorſum procreantur homines, niſi quod fœminis utiles eſſe poſſint?

Et si sua præstent Officia, nihil refert qualis sit occasio. Ah! Domina, *Pars* illa delicata est & mollis: quis scit, quin Aeris præ frigore intemperies, momento temporis vitæ suæ periculum injecisset? Clysteríſq; virtus omnino evanuisset, si mora ulla plus justo frigidiorem illum reddiderat. Etiam tibi liceat animadvertere, ut quamprimùm opus suum peregisset, non minus clanculùm discessit. Obsecro te cujus Criminis jam totum hoc quantumcunq; est arguendum esse arbitraris? nisi tu virum propter Humanitatem tantùm condemnare velis; vel ob prudentiam, ut qui oblatam tenebat occasionem, dum Dominæ tam decoræ inserviret? Hæc mea sententia est, Domina, & quod effecissem si vicem illius belli Hominis implevissem; &

quod

quod ab altero faciendum censeo, si tam bellissimam nactus esset opportunitatem.

Hæc disceptatio multum admodum *Araminta* pudoris incussit, quem non paucis levioribus artificiis, acies oculorum sæpius avertendo, vel aliis astutiis, satis callidè pro facultatibus, ab *Timanto* celavit. Et cum finem dicendi feciſſet, *Eja*, inquit illa, *Istud si tibi persuasum habes, sic habeto; attamen tibi confirmare possum, quod seorsum abs te sentit ipsa, cui permultùm interest Historia; fastidit hominem; cúmque sibi prorsus innotuit te unum in toto terrarum orbe ex animo Amicum esse suum; Hoc mihi in mandatis dedit, ne vultum ipsius posthac aspicias, atque ubicunque visa fuerit, ut abſis illinc.; idque ut erat imperatum, adhortor te, quod multò*

tibi ſatius erit ſponte tuâ rem mandatam exequi, quam vi cogi.

Hæc comminatio nihil eſt quod me terreat (inquit *Timantus*) ſed, tui ergò, tibi me dedo; ſub ea conditione tamen, ut quænam ſit hæc Fœmina omnium ſpecioſiſſima mihi dicere clariùs digneris. Deſtituit me, Domina, divinandi facultas: Illam igitur tam mihi penitùs ignotam quo pacto devitare poſſum? Prout à te ſtatutum eſt, neque ullam unquam poſthac formoſam Fœminam mihi licebit intueri, præmetu ne foret ipſa eadem excellentiſſima Domina, cujus à conſpectu interdictus ſum. Non, non ſic Domina, nimiò plus bonitatis ac moderationis in te ſitum eſſe certus ſum, quam ut aliquid tam tetricum aut iniquum à me poſtules.

Si

Si totius Sexus abdicatio felicitate ſingularis tuæ gratiæ, jucundiſſimâque conſuetudine fruendi loco tibi ſatis eſſet commutationis, ultrò fidem meam obſtringam, nunquam ullius cujuſvis Mulieris faciem præterquam tui ipſius me viſurum, atque omne id deputabo eſſe in lucro, ſi tot quot reperiri poſſint Venuſtates in univerſali muliebri ſpecie diffuſas derelinquere cogar, pro concurſu harum omnium in una eadémque tua perſona.

Id requiris quod minimè concedendum eſt, (inquit *Araminta*) *laſa námque Domina atque ego, tam unius Animæ participes ſumus, ut aliquid impoſſibile aggrederetur qui uni placuiſſe ſtuderet, aliquid faciendo, quicquid id erit, quod alteri diſplicere contigerit. Quamobrem obnixè te flagi-*

to, ut nunquam ad me salutandum venias, nec posthac meipsam alloqui ausus sis, usque ad supremum vitæ terminum.

Hoc inhumanum ac barbarum est (inquit *Timantus* paululùm commotus, virum tam temerè támque crudeli pœnâ multari, ob delictum quod nunquam admiserat, Dominæque causa de qua nunquam malè meritus fuerat. Dic illi nihil esse plus injustum; Etiam ——

Satis, jam satis superque de hac re (inquit *Araminta*) *nisi memoratu dignior esset. Nimiò plus fecisti quàm confiteberis, Dominamque quam tu iniquam vocas, non fugit, quisnam istius facinoris author erat. Nihil interest singula narrare; rem rectius tenere potes, etiamsi à nobis nullum indicium hares. Restat mihi Amica mea fideliter*

liter inſervienti, ut te conſulam, tibi eſſe diligentiſſimè Linguam continendam, ne moderandi modos imperare cogatur: Modos, quos multis de cauſis, ſatis ſibi cognitis, adhuc omiſit. Neque rem cogites evadere, clamitando te extra culpam eſſe. Contrarium tibi denuntio. Conſpectus fuiſti cum domo egreſſus ſis: Aut ſi nemini viſus fueras, quo pacto aliter cenſere potuiſti, quin id quod à te tam palàm fuiſſet divulgatum, ad ipſam Dominam demùm permanaret? Age, age, (inquit illa gemitum dans) *delibera quid à te factum fuit. Idque perpendito, aternúmque valeto.*

Verbis his prolatis, proximum intrat cubiculum, atque in Conclavi ſeipſam concluſit.

Timanto nunc otium erat ſigillatim omnia quæ tranſacta fuerant

rant recogitandi; cúmque ſibi conſtaret, aut totum id in lucem prolatum eſſe, vel confeſtim emanaturum; induxit animum, ut quicquid mali acciditſet, totum id in melius verteret; nam Facetiis & Feſtivitate rem eludi, quàm ſe purgando vel pernegando maluit. Cum pauliſper quid ageret cogitaverat, offendens Atramentum & Papyrum ſuprà Tabulam, tanquàm ut voluiſſet, accommodatum, mandavit Literis cogitationes ſuas, ibidémque reliquit, tam propè Periſtromata, támque palàm & ante oculos omnium, ut ſiqui Cubiculum ingrederentur, impoſſibile fuiſſet quin viderent, & ſic diſceſſit; ſibi credens, minimè dubium fore, quin ad manum, quam deſignaverat, obviam eſſet; & quod quamprimùm egreſſus fuerat, A-

raminta

raminta è Conclavi ſuo rursùs in Cubiculum emergeret. Vix oſtii limen reliquerat, quin id ipſum attingeret *Neophila*, feſtiva Puella, & ex intimis *Timanto* admodùm familiaribus una. Quod primùm oculis accepit, erant Literæ à *Timanto* ſcriptæ, quas cum intercepiſſet, extemplò perlegere non dubitavit, (nam ſatis certum eſt, quòd hæ tam jocoſæ Puellæ quicquid ad libitum agendi jus peculiare ſibi-ipſis vendicent.) Hoc ſcriptum tam immoderatè *Neophila* riſum concitaverat, atque ita repentè erupit, ut profuſa cachinnatio *Aramintam* è Conclavi deduceret, útque quid actum fuit intelligeret: & eò factum eſt, ut quùm iterùm *Neophila* perlegeret, magis magíſque cachinnum tolleret.

Amabò

Amabo, quid tibi in mentem venit? (inquit *Araminta.*)

Omninò nihil, ſolummodò *Papyrum* ſuprà Tabulam hìc inveni (ſubjicit *Neophila*) cujus, ut opinor, tu rationem probabilem reddere potis es, ſi tibi non moleſtè fuerit.

Minimè verò, ſi in eo ſalus mea verteretur (replicat *Araminta*) *Ego nunquàm edepol illud his oculis vidi.*

Age, age, (inquit *Neophila*, limis ſubridens ocellis) abſit diſſimulatio, communia cùm oporteant eſſe Amicorum inter ſe omnia. Veriſſimum eſt, Nomen *Aramintæ* huic Papyro non inſcriptum eſſe, attamen planiſſimè patet quòd Fabula de te narretur; ſi poſſis, inficias eas. Dic, dic, amabò, cur ſimulas id tacitum tanquàm myſterium

um à me tenere, quod totus terrarum orbis jurejurando firmare præstò aderit. Hoc oris *Araminta* colorem mutaverat, quanquam *Neophilæ*, multò magis quam alteri, quid vellet loqui sibi libitum esse deputabat: attamen iterùm ac sæpiùs etiam asseverare non dubitavit, seipsam de isto Papyro penitùs nescire, cùm nec illud perlegisset, neque unquàm anteà sibi visum esset. Tunc sanè, inquit *Neophila*, æquum est valdè ut perlegeres: Illic est. Legítque *Araminta* prout sequitur.

PHAR-

PHARMACOPOLA

Formoſæ Suæ

ÆGROTANTI.

Domina,

EX *Sermonibus veſtris circà Clyſterem, te nolle animadverto mihi totum id indicare quòd tibi ſatis conſtat; ita ut de cæteris intelligam, Dæmonem invocare coactus ſim:*

ſim: quòd tui gratia haud ægrè fero; ut tibi moleſtias abſtergam loquendi, quód mihi innoteſcere adhuc dubitâſti. Sed poſthac obſecro te, Domina, de Querelis & Contumeliis verbum nullum; quaſi vel Benevolentiâ vel Obſervantiâ deſtitutus eſſem. Veruntamen jam Argumentum ingreſſus paululùm me hæſitare confiteor, utrum ne malles ut ego te,

te, ſub umbra Tertiæ Perſonæ *exciperem, prout tu me jamdudùm excepiſti; vel ut* Tertiam *aliquam* Perſonam *alloqui viderer, cum* Teipſam *reverà compellem. Ego certè* inter Amicos *ſum ſine* fucis & fallaciis; *meáque ſententia eſt ut* Tecum (*Larva exutus*) *agam, non aliter quàm ſi* Ipſe idem *fuiſſem, qui Officium, quod te non latet,*

tet, ſingulare tibi præſtitiſſem, & Tute ipſa *eadem quæ idem paſſa tueris. Immò, certè Domina, Hôc facti nuda Veritas eſt; & ipſe ego me eundem fortunatum hominem profiteor, cui honori ſummo fuit ſervitium illud tam delicatiſſimæ Fœminei Corporis parti abſolvere. Servitium tùm tempeſtivum, tùm expectatum: Servitium non ſine*

omni

omni Humanitate & Modestia, tam datum, quàm acceptum: Servitium dico, flexis Genibus oblatum, neque minori Reverentiâ, quàm Silentio, dono datum; támque singulari Moderatione gestum, ut quamvis tam innumeræ omnium Venerum & Venustatum amœnitates astarent; quanquàm vis Appetitus urgeret, me tamen solo inspe-
rati Contingentis beneficio
bea-

beavisse oculos. Nimis es justa, Domina, & plus justo sapis, quàm ut Servitium in Flagitium rapias; & indubitatè totius Sexus prima, quæ quempiam unquàm objurgaverit, qui tam magnum ad Pulchritudinem momentum attulerat.

HÆC

HÆC Epiſtola, quamvis facetæ ſatis alii cuiquam fuerit, nequaquam *Aramintam* allicere potuit ut modicè ſubrideret. Totum quod dicebat, languidè *Neophila*, tantùm fuit, illam ad *Neophilam* pertinere ſe credidiſſe, nec ſupra Tabulam, prout ipſa ſimulaverat, inventam; non quin minimè dubitaret, ex Argumento *Timantum* Authorem fuiſſe, tantummodò pigebat quòd ſibi acciderat confiteri. Ex altera parte permanſit in ſententia *Neophila*, monſtravítque *Aramintæ* Atramentum nondum etiam exiccatum, ſcriptúmque Papyrum, cum eo quod ſupra Tabulam fuit, unum & idem eſſe; inſtabátque factum uſque adeò, donec *Aramintæ*

raminta nihil aliud dicere potuit, quin *idem esset sibi, an Epistola scripta fuerat ipsam suprà Tabulam, an Atramento suo super Papyrum suum exarata, tantisper dum sibi nunquam visa fuerat; nec cui designatam se novisse; aut quemquam unquam qui tale facinus perpetraverat illi innotuisse.*

Neophila, cùm animadvertisset *Aramintam* ferè ad incitas redactam, Historiam pro certo credere non dubitabat, sed ut Amicæ misericordiam adhiberet, Colloquium interrupit; attamen ita negotium instituit, (nam insignis erat ejus expiscandi Ars) ut priusquam discessissent, rem totam haberet exploratam, & cum intimis illius consiliis seipsam consociaret. Et jam tempus erat Amicæ melancholiam, quæ tam insociabilem ipsam

ſam reddiderat, argumentis oppugnare, atque in meliorem animi habitum diſponere.

Amabò *Araminta* (inquit *Neophila*) omitte teipſam excruciare de re tam abjecta támque incerti detrimenti, ne aliis ludibrio ſis: An non, tuo arbitratu, ſtultitiæ ſummæ eſſet, ſi quælibet Fœmina, cujus Partes poſteriores revolutæ fuiſſent, adeò tam infeſtam ſe gereret? Nollem te, de mea ſententia, neque id apertè confiteri, nec tam pertinaciter inficiari; ſed potiùs partim jocò partim ſeriò modicè prætereundum eſſe judicarem.

Illam *Araminta* non malè præcepiſſe cenſuit, & biduò poſt accepit à *Timanto* (cui pro Religione fuit illam adire) ſequentem hanc Epiſtolam.

TIMAN-

TIMANTUS CRUDELI ARAMINTÆ.

INcertum eſt mihi quid tibi videatur de Literis quas nudiuſtertius ſupra Tabulam reliqui; at crimen in te certè trahis, ſi Me non hominem facillimum humaniſſimúmque confitearis ob labores quos

in me cepi. Principiò, Magicas Artes consulendo, ut id investigarem quod tute ipsa velles me resciscere, nec tamen ausa fueris indicare. Tum verò ut sponte meâ Crimen faterer quod minimè tu probaviſſe potueras: Atque totum hoc, ut mandatis tuis satisfacerem.

Novissimo tempore, cum fœlicitate tui videndi fructus fuissem, valde

te mihi propter Curiosi-tatem *meam succensuisse arbitrabar; attamen nunc Consolationis tuæ gratiâ, haud tibi negandum est,* Amoris Deum *non paululum de me supplicii tui gratiâ sumere. Ut nihil reticeam, nec meliore nec deteriore conditione fruor, quàm si de sanitate ac mente deturbatus, ob quandam Fœminam quæ intra quadraginta octo ho-*

ras mihi, ne faciem ipſius unquam poſthac viderem, interdixit. Si tu hæc ipſa Mulier ſis, non mei muneris eſt, ut iſtud tibi ſuggerem; ſed è contrario, experiundum eſt mihi, ut id ex animo tuo defluat. Indeſinenter enim ago, ut omnes vias perſequar, quibus me tuam redigam in gratiam, & ut tibi amorem meum conciliarem, utque pergratum id tibi

pérque

pérque jucundum ſit: Tum verò ſic opinor, ſi tuæ dignitatis Fœmina deplorati Pharmacopolæ petitioni indulgeret, quàm longè id præter æquum & bonum eſſet. Attamen, Domina, *ſi ſingula penſare dignareris, ipſe ego Pharmacopola ſum qui Ægrotantes ſuas eligit, quique ſolùm Mulieribus ob formas inſignioribus ſuppeditat. Id quò certius con-*

 ſtet,

ſtet, ipſa eadem Araminta, *cui nec formæ, nec pudicitiæ par, indubitata Teſtis erit. Famque, O Dii immortales! ubinam gentium eſt ille ipſe tam nobili Genere natus, qui non mea vice Pharmacopolæ locum ambiret? Interim, Domina, me pro amicitia, confirma, quo ſtatu apud te ſim, & ad quæ tempora te videre licitum erit fac*

me

me certiorem. Tunc demum proſtratum ad pedes jacere videbis fideliſſimum amantiſſimúmque omnium Mortalium qui te peculiari colunt Adoratione

Timantum.

LUdendi genus hoc affatim *Araminta* satisfecit, paulatimque *Timantum* apud Dominam longè aliâ conditione esse commendaverat; quæ ut minimè prætereundum est, Christianæ nimis charitati addicta fuit, ut contra quemquam Facetiis fluentem, lepidisque Moribus imbutum, malitiam ex corde diù exerceret. Attamen ut ad hanc, vel ad aliquam aliam adventuram Epistolam rescriberet, penitus erat aversata, donec totum id quod præterierat effluxisset, ne memoriam fabulæ refricaret.

Cæterùm hoc *Timanto* haud satis erat ut contentus esset; id enim agebat, ut amoris sui ardorem *Arabintæ* inculcaret, manifestéque

feſtéq; oſtenderet, ſtudium illud nullis difficultatibus affici potuiſſe. Ita, utrùm reſcriberet, vel negligeret, hoc erat in animo iterum iterúmque illam ſcriptis ſuis adire, quamvis in incertum; quod paulò poſt fecit in hæc verba.

TIMANTUS

Formosæ atq; obmutescenti

ARAMINTÆ.

QVid? quasi muta siles? Canémve me putas indignum pabulo? omnino nunquam licebit iterum Aramintam *videre? nec ab illa quidem vel saltem Literas expectare? decies mille Rheumatum*

matum Chiragrarúmque laceſſant Oculos Digitóſq; omnes omnium qui rem tam moleſtam & odioſam agitaverunt. Et totum hoc, quantumcunque eſt, quamobrem? quoniam oculatus eram; Deliciáſq; illas perluſtraveram, quas tute ipſa denudaveras: id ipſúmque egeram quod tute ipſa mandaveras, & expectabas, quamvis (ut patet) factum fuit vetitâ manu.

manu. Quid putas? nonne hæc Exilii causa est probatissima? Exquisita benè sanè ratio miserrimum omnium Mancipium, qui te tam perditè amat, exitio dandi. Amabò læsam permitte partem ipsam litem suam facere, neque Tu tam queribundus sis à parte superiore, ob id quod parti inferiori adeò salutiferum oblatum fuit.

Cæterùm hoc solum est

quod

quod capio commodi qui tam benevolus fui. Age, age, perge, si placet, mêque ut reverà officio Pharmacopolæ fungar perpellito. Me formosis hiantibúsque Emptoribus non cariturum esse, haud dubium est, cùm inter omnes constaverit, me primum Periculum fecisse, & quid in te potis eram tentâsse. Ne me provoces, sed facilis esto, nec nimis

nimis ſerò ſapito. Nam ſiquando in univerſali meâ praxi par ſpectaculum offendam quod tute ipſa mihi præbuiſti, non dubium erit quin à te deficiam. Et uſque eò expectandum eſt tibi, ut te meis Literis perſequar; ſed ſi ſemel defecerim, in æternum valeto.

Feſtivi-

FEſtivitatem hanc haud ab re duxit *Araminta*; attamen ſibi deliberatum & conſtitutum fuit, minimè aliquid reſcribere: quod *Timanto* ultimæ hujus Epiſtolæ neceſſitatem impoſuit.

TIMAN-

TIMANTUS
Aramintæ Formoſæ;
Ubiubi erit
GENTIUM.

QUanquam vehementer me commotum reddidiſti, tamen ad Miſericordiam tam pronus ſum ut hanc tibi culpam remittere potuerim ſi reverà vitâ defuncta ſis; ſin aliter conti-

contigerit tibi vivere *atque* valere, *meritò me indeprecabilem invenies. Quid tandem eſt, cur cœlum ac terras miſceas propter* Clyſterem? *Perinde ac ſi totius tui Corporis Machinæ pulverem Tormentarium ſubjeciſſem. Siccine ſe res habet? ut* Tu *nunquam iterum mihi viſenda ſis, quia vidi* Id, *quod minimè omnium me viderat, meique penitus*

penitus, inſcium eſt, nec aliquid unquam de me graviter tulerat, neque vero quicquam omnino uſquam à me accepiſſet, niſi quod, ut Ancillæ muneri Vicarius, præſtitiſſem. Non fuit cauſa cur te tantùm excruciares propter id quod à parte inferiore *tranſactum fuit, aut cur tua ipſius iracundia te tantùm permoveret, ut idem in ore excandefaceres, quod*

quod tam refrigeratum, tamque ſalutare in ventre ſe præbuiſſet. Aliquid forſan amplius quod te latet dicere potuiſſem, de re quadam cujus teſtis oculatus eram, & ab iſtac de te pœnas capere, ſi ſic mihi velle libitum fuerit. At at ſatis.

Si certè ſis deſiderata, *penitus obſcurum eſt mihi, cur aliquid hujuſmodi tantoperè te commo-*

veret;

veret; ſin ſuperſtes, *apageſis cum iſtis tuis mandatis, meipſúmque ut vivam ſinito; cum certò certiùs ſit, vel tuam* Benignitatem, *vel* Crudelitatem, *aut* Vitam, *aut* Mortem *futuram eſſe*

Timanti.

HÆ

HÆ Literæ nullâ meliore fortunâ apud *Aramintam* quàm priores expertæ ſunt, citóque nimis *Timantus* intellexit id genus ſcripturæ negotium ſuum nullo modo prorſus promovere; ut omninò nihil ſibi relictum eſſet ſi non aliâ aggrederetur viâ, quâ ſuæ Amaſiæ (quam plus plúſque indies dilexit) ſe redigeret in gratiam. Neque ullam ſibi commodiorem rationem judicavit, quàm ut *Neophilam* ſibi devinciret (quod proximum ejus opus erat) præſertim quum cognoviſſet illam quodcunque voluit apud *Aramintam* potuiſſe. Cui quid fieri velit cùm oſtendiſſet, illa probè promiſit ſe omnia facturam, quantóſque proceſſus

ceſſus efficiebat jam intelligetis.

Tempore conſtituto, cùm *Araminta*, ſe viſura, adventare deliberâſſet, *Timantum* priùs ad domum receperat; & illicò ipſum, ut ſermones interpoſitos audiret, poſt Periſtromata locaverat.

Araminta, inquit illa, *gratiam neceſſum eſt ut mihi facias, & immediatè mihi fidem dabis minimè te denegaturam.*

Araminta fidem dextrâ ſancivit, id futurum; & extemplò *Neophila Timantum* offerebat, ut ipſius veniam obſecraret; imploratque ipſam, quòd in poſterum honorem illi ſeipſam inviſendi, prout anteà, concedere vellet. *Magis te, Domina, quàm oculos amo meos*, inquit *Neophila*, *& in Conſuetudinem te dediſſe tam alacris támque ingenui viri, neque te, neque me unquam pœnitebit.* Huic

Huic *Neophila* interceſſioni, *Timantus* genibus pronis ſupplex, animo demiſſo atque humili, modeſtóque vultu, quod potuit verbis conſequi, ſuccinebat.

Paulò plus temporis erat priuſquam, ob inopinatum hunc adventum, *Araminta* poteſtatem in ſeipſam habuit ut ad ſe rediret; ac jam tum replicatura, iterum muta facta, ne *Aſpectum* quidem *Timanti* ſuſtinere potuit, cùm aliam ſui corporis *partem*, nimis ipſi innotuiſſe recogitaret: dúmque in has cogitationes diducta fuit, aliquandiu ſtabat defixis oculis, neque verbum ullum interpoſuit. Attamen ulterius habitâ ratione, fixum ſibi fuit nimis timidas iſtas ineptias miſſas facere, & aliquid *Timanto* dicere, qui toto hoc tempore genibus provolutus erat, in ſpem dum ſibi Reſponſum redderetur. *Ti-*

Timante (inquit illa) *amica summa mea est Neophila, & illius gratiâ, non molestè fero totum id quod præteritum est condonare; nam fieri non potest ut odio habeam quicquid ipsa, quodcunque fuerit, in clientelam receperit. Quamobrem quod semel dixi,* Timante, *deinceps tibi confirmo, quòd quæ facta sunt, quasi non transacta fuissent, omninò nunquam recordabor. Cæterùm ex altera parte necesse est ut te adjurem, minimè me posthac te visurum; & hanc, certa sum, non respues conditionem, saltem si verum est, quod maximè tibi cordi sit, ut meam redintegrare gratiam, aut si mei Tranquillitati animi, & què ac Famæ consulere velles; nunquam enim mihi possibile videtur tui vultum sine pudore, atque molestia sustinere. Eâ lege ignosco tibi id quod mihi, non te dignum, feci-*

sti

cisti; *quantumque meis justis* merem gerendi studiosus fueris, *restabit mihi judicandum.*

Ah! Domina, inquit *Timantus*, vellésne ut impossibilia astrictâ fide aggrediar? Si me velis ut *Amorem* meum per *Amoris incuriam* demonstrarem, mihi nihil interest utrum uno eodémque momento *amare* & *non amare* interdiceres.

Amoris ipsa anima est Objectûs amati ante oculos obversatio: illâ remotâ, vice *Consolationis*, Amor ipse *Morbus* est.

Sed quanta hac hominum summa, inquit *Araminta, qui contemplatione tantùm contenti, Cupiditatibus indulserunt, ubicunque gentium furunt, desiderii igniculis tantummodo deliniti?*

Pace tua, Domina, inquit *Timantus*, miserè *cruciatus* vivit,

cui ſolum ſuperſunt *Spes* & *Expectatio*: Verùm utut tibi placuerit, utrùm fortunatam, an amariſſimam contigerit mihi vitam vivere; non deerit animi firmitudo patienter omnia ferre, necnon etiam tui ſtudioſiſſimum eſſe uſque ad extremum ſpiritum.

Sta promiſſis igitur, aiebat *Araminta*, *& me tibi devincies, meâ causâ tibi ipſi pœnas dando.*

Sic factum erit, Domina, (inquit *Timantus*) Vultu mœſtus & conturbatus. At verò tandem fieri non poteſt, quin tempus——

Satis jam verborum eſt, inquit *Araminta*; *tibi ſufficere debet, te mihi pergratum fore, ſi quæ juſſerim curaveris: Et eſt quod te moneo, quòd qui ſemel ſolicitus fuerit ut ad voluntatem ſuæ Amaſiæ ſeipſum conformet, nullâ re facilius ipſum ſibi conciliabit.* Ti-

Timantus, cùm intellexiſſet fœliciùs hanc rem quàm arbitrabatur ſibi ſucceſſiſſe, ulteriùs progredi haud probè duxit; ſed fidem dans, promiſſa perficere, ex *Ingenii bonitate*, *Temporiſque accommodatione*, meliora ſperabat eventura.

E contrario tam affatim *Timanti* ſubmiſſio amabili ſatisfecit *Araminta*, tum *Amoris* erga ſe ſtudio, tum *Honoris* gratiâ, quòd illi ſignificaret, *ipſam quamprimùm populi rumor conſenuerit, iterum ſeipſam viſurum admittere ſe paratam fore; & quod ad ſe attineret, cùm ab omnibus ſui Criminis nulla ampliùs fuerit mentio, neque ipſam fore noviſſimam quæ memoriam iſtius ſilentio præteriret.*

Cùm dicendi finem feciſſet, *Timantus*, omnium officiorum

obſervantiſſimus, diſceſſit. Nec longè poſt commorata eſt *Araminta*; ſed nullo hac vice ſermone dignata eſt *Neophilam*, de minima propenſione, quam in ſe perceperat, viro indulgendi, quem nunc nuper cane pejùs & angue vitaverat.

Apparebat ex colloquio, quòd *Pharmacopola Ægrotánſque* ſua ſeipſos jam ſatis intelligerent; neque verò res latuit *Neophilam*; & cis paucos dies, ſuam eò redegit amicam ut tantundem confiteretur.

Ad quod tempus, *Lycander*, (*inter Procos ſpei pleniſſimus*, quamvis *Araminta non admodum gratioſus*) de Rure redierat, ubi non ſine negotio abfuerat. Ejus ad Adventum lepidiſſima Clyſteris narratione hilarem in modum acceptus erat; quæ delectandi

ctandi loco, multò magis ipſum (tam valdè zelotypum temerariúmque) ita immoderatè ardere iracundiâ adegerat, ut vix verbis exprimi potuerit. Nihil aliud ſibi ſufficere potuit, quin in *Timantum* vindicandi ſibi neceſſitatem imponeret; neque id etiam, at primò *Aramintam* (utcunque inculpatam) exprobrare conſtituit; quod ſatis ſupérque primâ ſuâ Viſitatione fecit.

Spero te bene valere, Domina, inquit *Lycander*.

Ego optimè valeo, Domine, quódque mihi de noſtro ſtatu gratularis gratias ago, replicat *Araminta*.

Profectò, Domina, inquit ille, haud mihi dubium eſt; quin optime valeas: enimverò non me latet te nuperrimè Medicinæ indulſiſſe, ut convaleas.

Araminta, quæ satis hominem, & illius sensum penitissimè callu-erat, hoc illi minimè laboratum Responsum dedit, *Nescio quomodo tute ipse Rerum mearum tam sagax olfactor eveneris*; *attamen id, Bone Vir, asseverare ausa sum, & sic habeto, ut quicquid facio Medicinæ indulgendo, mea nihil refert, utrùm, an non tibi placuerit.*

Attamen, Domina, reposuit *Lycander* ille *Rusticus*, quanquam id tibi non cordi sit ut *Animum* expleas *meum*, *mille Amatorum* sunt, quorum voluntatibus summæ tibi voluptati foret morem gerere: alioquin à quopiam, cui fors contigerit, infundi te Clystere nunquam permiseras.

At certò scito, quomodocunque res se habet (inquit illa, modestâ protinus erubescens indignatione) *munus illud istiusmodi est, quod*

quod nullo modo prorsus de te recipiam.

Sanè, Domina, inquit ille, nusquam ego talem ambivi dignitatem; officium illud exequendum relinquo Procorum meorum gregi, quibus forsan plus cordi fuerit; ego Pharmacopolam agere dedignor, & usque dedignabor.

Ne tibi cura sit, inquit *Araminta, nunquam ego id periculum in te faciam, utrùm dedigneris necne.*

Tantò melius erit, Domina, inquit ille; vereor enim ne sim par *Timanto.*

Divinare non possum, inquit illa, *quorsum evadas.*

Sed affatim est, inquit ille, possum ego.

Jam satis diu fabulati fuerant hoc modo; & *Araminta* toties

quoties illi tam acutè reſponſa reddidit, ut *Lycander* nihil reperire potuerit iſto Adventu, quam ob rem tantopere ſe jactaret, & ſic evanuit.

Urgebat ipſum per totam noctem negotium hoc; & primâ luce cùm ſurrexiſſet, ad Hoſpitium ubi *Timantus* commoratus eſt, iſtorſum ſe capeſſit, ut ex ædibus foras exeuntem obſervaret, Gladióque vaginâ vacuo ſuſpectum ſibi detrimentum ſarcire poſtularet. Namque id utcunque conſtituerat, ut in morem potiùs *Accidentalis Pugnæ*, quàm *Deſtinatæ Monomachiæ* eveniſſe videretur. Horâ plus minus poſt ipſum expectaverat exit *Timantus*, nec longè remotus *Lycander* illum ſubſequitur, donec in obſcurum Angiportum tam anguſtum quàm infrequentem

perve-

perveniſſent, & illico *Lycander* Gladium ſtringens ipſum adiit, præmonens illum ut ſeipſum tueretur.

Verbum unum *Timanto* ſat fuit, qui tam fortiter pugnaverat, quòd *Lycander* antequam Certamen finitum fuerit, ſe maximum adiiſſe periculum ſentiret. Æquo Marte, per varios Impetus concertaverant; at jam tandem *Timantus* inimico paululum ſanguinis detraxit, & forſan illi multò pejus eveniſſet, ſi non alii appropinquâſſent, & Pugnam diremiſſent.

Conflictationem hanc non aliter quam *Occurſum ſubitum* fuiſſe omnes arbitrabantur; haud tamen Adverſarii tam immunes ſeipſos comprobabant ut rigorem Juris experiri non dubitarent; ideoque multò magis ſibi-ipſis conſu-

lendum esse existimabant, quò laterent, donec aut semetipsos conciliarent, aut ad extremum usque dimicarent.

Facilè conjecturâ consequi potis es, quàm diversè quilibet horum sortem illius diei animadverterat; dum *Timantus* Lætitiæ plenus fuit, quia sibi tam in *Hostem*, quàm ex Procis unum, omnia ex sententia simul successissent.

E contrario *Lycander* vix se suspendere dubitabat. Sed id quod maximè hominem usserat, erat ridicula Litis origo. Si non accensus Furiis fuissem, (inquit ille) minimè propter *Clysterem* in tam immane periculum me injecissem, nec de *Vita*, nec *Fama* naufragium feciſſem; cum multis aliis hujusmodi.

Jam

Jam verò dum *Lycander* adeò tantopere sæviret, animóque angeretur, *Timanto* negotium fuit Amasiam suam Literis assequi; quod eodem die actutum fecit his conceptis verbis.

ARA-

ARAMINTÆ FORMOSÆ,

Quam non audeo revisere.

TAM firmiter & constanter in Animo habeo; támque summâ Necessitate cogor semper tui juris esse, vel in omnibus tecum sentiendo, aut omnia tecum improbando, non aliter quàm tute ipsa feceris, ita ut ob id quod nuper-

nuperrimè mihi contigit, nequeam dicere an meliore loco, vel deteriore ſtatu ſim, donec intellexero num tibi ratum fuerit. Si nihil in eo ſit quod ſuccenſeas, haud aliquid optatius mihi cadere potuit; ſin ſecus, pereo funditus. Interea ſtatueram Jocationis *aliquid, oblectandi gratiâ, tibi dono dare: paucarum Horarum ſuciſivarum opus; ſed mihi*

hi ne mitterem interdictum putavi, dum veritus sim ne ab illa nimia licentia mensuram faceres Observantiæ Venerationisque erga te

Timanti.

Araminta

A *Raminta* hanc Epiſtolam libenter accipiebat, ſed nequaquam eo uſque exorari potuit ut reſcriberet; tantummodo vivâ voce *Timantum* certiorem fecit, pergratum ſibi fore id oculis colluſtrare, cujus in Literis mentionem fecerat.

Id *Araminta* confeſtim à *Timanto* miſſum fuit, hujus quod ſequitur ſocietate conjunctum.

OPTA-

OPTATISSIMÆ

Fœminarum Omnium

In Toto

TERRARUM ORBE

SI Nugæ, quas tibi jam concredidi, displicuisse contigerint, in te, Domina, conferto culpam, quia tute ipsa jussisti: intelliges, si perlegeris, conamen illud esse conscriptum

ſcriptum in laudem ——— alicujus quod anonymum erit. Infanti nondum Nomen imponitur; Quid ſi Encomii *Titulum adhiberemus illi, vel quemvis alium, ut tibi placuerit? Hilaritas illa ſi te delectet, effeci id quod cupio. De taciturnitate mea ne dubita, quin tam tenuis in verbis ſerendis fuero, quàm tute ipſa in illud oſtendendo, de quo ſit Argumentum,*

mentum, cauta fueris. Crede hoc, Domina, meum fore, id nequaquam in lucem proferre, nisi tu sis eadem quæ contrarium palam feceris. Si sit aliquid in eo quod tibi displiceat, piget me feciſſe, paratúsque sum ut veniam petam. Tum denique, tam crudelem esse te non possum credere, ut id in Contumeliam accipere velis. Fussu tuo quod feci factum fuit,

&

& ſi peccaverim, ecquid amplius tibi comparare potis es, quàm ut Pœnitentiam ageret, ac ſe ſubmitteret

Timantus?

SUbriſit *Araminta* dum hanc Epiſtolam perlegeret, quam feſtinanter expedivit, ut ad id quod ſequitur adventaret.

NE vivam, Domina, *si meminisse possim unquam aliquid tam mirificè me nuperrimè delectâsse, quàm id*----quod te non latet. *Reverà prorsus, cum animo cogitem speciosissimam illius* Figuram *decorámq*; Pulchritudinem, *me persuasum habeo, quod in toto terrarum Orbe nec habeat id quod vidi ullum sibi*

ſibi par, nec ullum ſecundum: tam nitidum, tam lævi Rotunditate molliter aſſurgens, *támque* peræquâ Proportione diſtributum. *Tum prætereà quod ad* Craſin *attinet*, Ruborem *ſcilicet* Candorémque *purè naturalem, omnes omnium* Roſarum Liliorúmq; *Colores, neque* Nix *neque* Minium, *quæ unquam Poetarum greges*

greges in Carminibus, *eroticiſque ſuis* Fabulis, *poſt homines natos uſque ad hanc diem Fœminarum Malis applicaverunt, ullo modo cum ea comparari poſſunt. Et totum hoc ſine ſumptu* Speculorum, Pulveris Odorati, Pigmentorum, *ſive* Spleniorum, *tantummodo mollis nonnunquam* Lavacri *ſubſidio, quod ſufficit. Veriſſimum*

ſimum eſt Concinnum hoc Animal æquè atque Amoris Deum oculis orbari: *Tum verò nec minus certum, quod ſi ſit oculorum expers, neque iiſdem* careat. *Quippe quòd nec aliquid habeat operis vel negotii, quin tam per* Tenebras, *quàm per* Lucem *effici potuerit. Nec in id efficiendo* ſumma *etiam* Prudentiâ *deſtituitur. Certè enim admodum*

dum perpauca loquitur: Oblatum munus minimè reſpuere *pulchre callet*: *cumque ſatis ſibi contigerit*, *quod factum fuit* tacere benè novit. *Communis omnium eſt* Reconciliator, ac Diribitorium tam Fatuorum *quàm* Philoſophorum; *& ut uno verbo dicam*, Adminiculum, Solatium, Humanæque Naturæ Negotium. *E re*

E re nata, plura forſan ultrò citróque dici potuerint, ſed affatim hæc. Exoro te, Domina, cùm primùm amicus meus ſummus tibi viſus fuerit, ut à me ſalutem illi plurimam impertire velles. Non ſum neſcius apud eum te primam eſſe, ideóq; quòd penes te quoque ſit pergrata Officia in me conferre; nec defuturam te dubito, ſi tam mei cupidiſſima

pidissima sis, quam meritò exoptarem; præsertim, cùm tibi satis constiterit, inesse huic ingenii festivitati tantam Amoris, & Reverentiæ vim & magnitudinem, ut nullius capacior esse potuerit Anima

Timanti

Incerta

INcerta fuit *Araminta* quid conjecturæ faceret de farragine hujus Epistolæ: aliquid enim continebat quod *risum* merebatur, & rursum aliquid quod ipsam *commotam* redderet: quippe quòd *Timanti* festivitas extra modum prodiisset, cùm Famam tam castæ ac verecundæ Virginis quasi ludibrio habitam exposuisset, atque id quidem res ipsa fuit quam illa ægerrimè tulit. Sed de Circumstantiis ratione habitâ, necnon de frequenti illorum incogitantia, qui quicquid in buccam venerit inter jocos effutire usurparunt, sine mora prætereundum esse statuit.

Ex eo, (nam ab amicis & opportunitate quid non sperandum

est) tandem Rex pacatus erat, cum non paucis asseverationibus certior factus fuisset, certamen id fortuitò contigisse, nec designatum, neque præmeditatum. Tum locus constitutus erat ad conveniendum aptus, apud domum alicujus qui ambobus ex animo bene velle studebat, ut inter certantes Inimicos iterum pacem redintegraret. In eum locum ad rem disceptandam introducti sunt; sed *Lycandrum* ut illuc adveniret hic labor, hoc opus erat exorare.

Postquam putabant omnia ex sententia bene successisse, rogans illorum unus quo pacto tantas turbas inter sese conciviſſent, *Timantus* fidem fecit se penitus nescire, verum quòd *Lycander* primò certamen intentans, illi prorsus rationem reddere potis erat.

E

E contrario replicat *Lysander*, id *Timanto* satis constitisse neque tam insciùm eum esse, prout ipse simularet: quod *Timanus* iterum ac sæpiùs dejerabat non paucis Juramentis, Execrationibusq; tam innumeris, ut omnes uno ore *Lysandrum* adirent rem ipsam indicare obsecrantes. Ille omnia molitur, nè id faceret, sed eò magis instabant, neque ullum effugium assequi potuit, cùm omnes secum reputarent *Timanum* contrà jus fasque injuriis sine causa illum provocare noluisse. Jamdudum solicitaverant ut vix denique prævalerent; tamen ad extremum *Lysander* apertè dixit, se de *Timano* Zelotypum fuisse, Gladiúmque nudavisse ut indignum facinus in Dominam sibi semper in honore habitam vindicaret, quam Dominam *Timan-*

tus, fortuitò Clysterem infundendo, nimis injuriosè tractaverat. Ad hæc Societas cachinnum sustulit, atque unus ex iis multò magis præ cæteris in risum solutus, tam acrem sonitum dedit, ut illi *Lycandro* furibundus, ac Mente captus, ut qui in ridiculo habitum se sentiret, colaphum impingeret, ita ut Aula non minùs alapâ quàm cachinno concuteretur. Casu tam subito Sodalitium in varias & discrepantes scinditur partes. Cum *Lycandro* stabant aliqui, necnon etiam *contrà* steterunt alii, strictisque Gladiis momento temporis ea res ad manus atque ad pugnam veniebat. Erant inter eos qui majori sapientiâ imbuti, illorum turbas atque rixas, quamvis haud difficulter, pacaverunt; sed non tam citò, quin duo vel

tres,

tres, nimium præcipitanter inflammati, vulnerarentur; quorum *Lycander* unus erat, qui (quasi præmium temeritati debitum) ſtultitiæ ſuæ pœnas dedit. Læſus erat non ſine periculo; tamen id minima doloris ſui pars erat: namque nihil ipſum magis ſolicitabat, quàm ut tam inſignes ineptias egiſſe videretur, quo Famam ipſius in diſcrimen committeret. Oh quantis ſeipſum diris proſequebatur; Proh Jupiter! hine mihi, inquit, (me ſcabies urgeat) prurientis Amoris fructus, hocne petulantis Mancipii præmium! ſint eadem univerſis mei ſimilibus expectanda: Dii Deæque omnes illam, atque illius omnia meipsúmque perdant, ipſius ſi unquam iterum mentionem faciam. Accepi duo vulnera pro uno Clyſtere.

Quod-

Quodcunque dictum, vel factum à *Lycandro* fuit, id ipsum *Araminta* renunciatum erat, cui Zelotypia incredibilisq; Stupiditas hominis jam satis innotuerat; ideóque omninò omnia ita dicta, ita transacta fuisse, nullo modo prorsus suspicari potuit. Age, inquit illa, quandoquidem sibi-ipsi dejerare tam opere perplacuit, faciam ego unum hoc quoque Juramentum; nunquam me illum iterum intuituram, si possibile fuerit, ut illius aspectum aufugere possim.

Jam tum cùm primùm *Araminta* sistam fuit, ipsum quidem illud quod decreverat persequi, intrat *Nephila*, vice *Timanti* de Connubii conditionibus disceptatura; qua in re non solum *Araminta* secum reputabat se sui juris esse, verùm etiam tam Honoris

noris, quàm rectæ Rationis, propriæque suæ Voluntatis vinculis astrictam. Præterea, *Lycandrum* à se penitus abalienaverat.

Clysteris hoc eventum ad futuras Nuptias multum admodum contulit. Reputabat enim *Araminta* familiaritatem illam cum posterioribus Mulieris partibus quasi quoddam Conjugale Privilegium, efficacitérque duxit in arrham Matrimonii datum: quod propediem consummatum erat, miserrimi *Lycandri* nullâ ratione habitâ; qui per totum id tempus lecto tenebatur, tantis Corporis angoribus, támque incredibilibus Animi molestiis implicatus, ut vix intellectu concipi potuerint. Visum erat omnibus quiddam portenti genus Clysteris hujus fuisse vim: námque *Cor* ipsum *Aramintæ* virtute suâ suffudit, útque

útque duo in unum coirent efficiebat; qui cùm plus plúsque millies usitato more seipsos invisissent, tamen ne quicquam tale aliquid unquam antea somniâssent.

Hæc *Pharmacopolæ* Historia *Ægrotantísq;* suæ, permultas Jocationes, convivalésque Fabulas inter *Ingenioſos & Facetiarum plenos* frequenter agitabat; nullis tamen Famæ maculis nec Contumeliarum aculeis; nam ambo pares suavitate Morum quàm Naturæ dotibus affulserunt; & totum quod dictum fuerat, vel dici potuerit, hoc unum erat, *Timantum tam fæliciter opus suum expleviſſe, ut jure ac meritò præmiis ſibi debitis donaretur.*

FINIS.

Pag. 34. lin. 22, & 23. pro *hares* lege *habetes.*